Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. (Bl. 1-48 und 120-135) und 10. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



85

& ille cuius pugillo mundus inclusus presepius
continet angustus taceo · quod usq; ad tricensimum
annum ignobilis & parentum paupertate contentus
uerberatus & tacta crucifigitur & pro crucifigentibus
deprecatur · quid igitur retribuam domino pro omnibus quae
retribuit mihi · calicem salutaris accipiam · & nomen
domini inuocabo · pretiosa in conspectu domini mors sanctorum
haec sola digna retributio cum sanguis sanguine
compensatur & redempti cruore xpi pro redemptore
libenter occumbimus quis sanctorum sine certamine
coronatus est · abel iustus occidit · abraham
uxorem periclitatura mittere & ne in mensum
uolum extendam quaerere & inuenies singulos diuersa passos
solus indilicius salomon fuit & forsitan
ideo contuit quem enim diligit corripit · castigat
omnem filium quem recepit · nonne melius est
pro tempore demicare ferre uallum arma cibaria
lassiscere sub locco · & pena gaudere victorem quam
in patientia unius hore seruire pro aeuo nihil amantibus
duru nullus difficilis cupientibus labor
respice · quanta iacob pro rachel uxore sustineat
& seruit inquid scriptura iacob pro rachel annis
septem & erat in conspectu eius quasi paucidies